

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre IIIItemMythologia, Venise, 1567 - III, 13 : De Morte](#)

Mythologia, Venise, 1567 - III, 13 : De Morte

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 13 : De Morte](#)□

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 13 : De Mort](#)□

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 14 : De Mort](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

seria, Quærela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parca, Hesperides, Somnia, quos omnes Erebo & Nocte natos fuerunt. Verum de iis, quæ fabulosè de Nocte dici solent, satis. Ex illa nuper commemoratæ pelles natæ esse dicuntur. quæ inscitia & malicia mortalium, quæ Nox est mentis, omnium prope calamitatum, quæ humanum genus inuadunt, parens est & alitrix: cum æquitas, tãquam Aquilo leuissimas nubes, has ex hominum conspectu possit propellere. Hæc enim omnia inscitiam consequuntur, cum ea quoque quæ sunt naturæ possint nonnihil retardari sapientia, aut certe leuiora effici, vt senectus, amor, fatum, mors, & alia huiusmodi: Noctem antiquissimam appellarunt, quia antequàm sol & cælum fieret, nullà erat lux: quam ex Erebo & ab inferis venire slexerunt, cum terram semper circumeat: nam sole in inferiore cæli parte sub terra occultato, apud nos ymbra esse terræ necessè est, cum nihil aliud sit nox, quàm ymbra terræ. Hanc in curru vehi slexerunt antiqui, quia nihil cum labore sit diuturnum, & ad narrationis voluptatem. Dicta est eadem mater omnium, quia rerum omnium partum antecesserit, & à nocendo Nox dicitur, vt quidam voluerunt, quia noctis humor infestus sit hominibus, quod vel in laborantibus scabie, vel febre, vel aliis morbis, patet: qui quidem grauiores sunt, magisq; infestant per noctem. nunc de morte dicamus.

10

20

De Morte. Cap. XIII.

Mors cum esset sola propè & potentissima omnium inferorum satelles, omnesque mortales ad Acherontem fluuium traiciendos deduceret, nihil propè de se fabulosum audiuit; nisi quod soror esset Somni, vt scriptam reliquit Homerus in lib. I. Iliadis

ὡς δ' ἄνδρ' ἐν βλάστῃ κατὰ νύκτ' ἐκείνην.

Tum Mortis fratrem Somnum conuenerat ipsa.

Quodque à Nocte matre sua fuisset educata. Quare memorie prodidit Pausanias in Eliacis apud Eleos in templo quodam feminam expressam fuisse, quæ pueros sopitos sustineret, manu quidem sinistra, album; at dextra alterum nigrum; & hunc dormienti similem distortis pedibus; quorum inscriptiones iudicabant, alterum esse Somnum, alteram Mortem: ac femina quæ illos alebat, Nox erat. Hæc ipsa mors omnium malorum, hæc omnium humanarum calamitatum, hæc omnium dolorum remedium optimum data est hominibus Dei sapientissimi beneficio, quod in illo epigrammate suauiter expressit Agathias;

30

τίς βίασται τί φοβῶσθαι, τίς ἀνεχίται τιντήρα;

τὴν πάντοτε γένου, καὶ πατρὸς ἰδωίας;

Μίσηται δ' ἀπὸ θνητῶν ἀπαρτίοντασ' οὐδέ ποτ' ὤντων

ἄδιστα θνητῶν ἰώτερη ἔρχομαι.

Αἰ δὲ γένου, πάλλαι καὶ ἀντιόλαι, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλας

ἔρχομαι θνητῶν, καὶ μεταβάλλω γένου.

Cur timor est vobis genitrix Mori alma quietis?

Quæ morbos placat, pauperiemque leuat?

Illæ semel tantum mortales visere suevit,

Nec quisquam vidit mox rediisse virum.

Sæpe recurrentes cum vexent corpora morbi

40

T

Mutati,

Mythologia.

Mutatè, huc illuc & sine lege fluant.

Hæc vna durissima omnium Deorum, maximeque implacabilis habebatur: quæ cum nullius precibus flecteretur, nulla etiam sacrificia, nec templa, nec sacerdotes, nec ritus sacrorum obtinuit. Huius duritiem & implacabilem voluntatem ita significauit Orpheus in hymnis.

ὄφει δὲ πρὸς ἄλλοις οὐκ ἔστιν ἄριστος ὄφει τῶν ἄστρων

Nec prece, muneribus nec tu placabilis vlli.

10 Hanc miris laudibus antiqui sapiētes ex culerunt, vt solam portum sedemq; tutissimam quietis. Hæc multis corporis morbis nos liberat, hæc tyrannorum crudelitati subtrahit, hæc principibus adæquat, hæc omnibus vitis bonis iucundissima accidit, nisi quantum naturæ leges repugnant: neque quisquam est, quin eam lætissimo animo excipiat præter scelera tos, qui grauiora se passuros esse post mortem iam nunc viuentes augurantur & quasi præsentiant. Huius laudæ amplissimum & vberissimum argumentum habuit Alcidas, qui orationem composuit de laudibus Mortis, de qua quoniam nihil mystice dictum ab antiquis video, reliqua quæ de illa dicuntur fabulose prætermittere decreui, & de Somno pertractare.

De Somno.

Cap. XIII.

20

Q Vòd Somnus ex Erebo Noctæque natus sit, dictum est iam superius; cui præter supradictas Mortem sororem etiam addidit Orpheus. Huc tamen non ab inferis, sed è cælo missum fuisse ad Palinurum scripsit Virg. lib. quinto;

Cum leuis æthereis de lapsus Somnus ab astris
Aera dimouit tenebrosam, & dispulit umbras
Te Palinure petens.

30 Hunc alatum esse tradiderunt poëtæ, quia celerrime vniuersum terrarum orbem peragraret, & leuissimus ac tacitus inopinantiæ oculos aggredieretur vt ait Tibullus in secundo Elegiarum;

Postque venit tacitus fuluis circumdatus alis
Somnus, & incerto Somnia nigra pede.

40 Illud vero, quod scribitur ab Homero in principio secundi libri Iliadis, non facile intelligo, cur Somnus scilicet à Ioue mittatur ad excitandum Agamemnonem, quo armari iuberet multitudinem; cum sit Somni munus vel magis etiam opprimere somno grauatos, quam excitare. Nisi tamen pro Somno Somnia ibi intelligantur. Hic Somnus facit vt vulnera, vt vincula, vt seruitutem, vt carceres, vt omnia incommoda mortales, dum adest, æquo animo ferant, vt omnium malorum obliuiscantur, vt omnes animi curæ sollicitudinesque recedant, vt ait Euripides in Oreste;

*Ἐ φίλε ἄπτεν ἡλιγερτε, ἰσὶν ἰσχυροῦ εἶσεν,
εἰς ἡδύμην παραδίδου ἐν δόκτῳ.
ἄπτεται δὲ δὴ τὰς κοινὰς, ὡς ἢ εὐφῶν,
καὶ πῖται δὲ ἄσχυρῶν ἐν ταῖς θύξαις.*

Somme ô leuamen dulce, & cgritudinis
Medela dulcis, vt uenis mi optabilis.
Obliuio malorum, vt apto tempore
Nobis misellis aduenis iucundaque.

Nobis